

# PROFESSORES THEOLOGIAE

IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA

L.

S. P. D.

Praestantissimus Juvenis, *Albertus Christianus Van Raalte*  
*Wanneperveenensis* inde ab anno *1829* hujus Academiae civis,  
in instituenda studii Theologici ratione, cum ad Legem Regiam d. 2 Augusti *1800*cccxv  
Nº. 14. Art. 46, 47, 63, 73, 74, 75, 82, 98, 110, 116, tum ad normam, Sta-  
tutis Ecclesiasticis praescriptam et Augustissimi Regis Decreto d. 30 Julii *1800*cccxvi  
approbatam, se composuit. Primum igitur Literis Graecis, Latinis, Belgicis et  
Hebraicis, nec non Mathesi, Philosophiae et Historiae Universali operam de-  
dit, et die *16 Maji* anni *1831* *Candidatis Philosophiae Theo-*  
*reticae et Literarum Humaniorum* adscriptus est. Deinde in Theologiam Natu-  
ralem, Historiam Ecclesiasticam, Criticam Sacram et Hermeneuticam incubuit;  
et in utroque Codice Veteris et Novi Foederis accurate et legitime interpretando  
vires exercuit. Ad ipsam denique Theologiam Dogmaticam, quam vocant,  
et Historicam se contulit, atque omnes et singulos Doctrinae Christianae, cum  
Theoreticae, tum Practicae, locos tractavit: neque Homileticae artis aut Curarum  
Pastoralium scientiam neglexit. Nec solum requisitis, ut ad Sacrorum Antistitis  
munus admitti posset, Scholis biennium interfuit, sed *tres*  
annos in examinibus progressuum in Historicis, Dogmaticis, Moralibus cete-  
risque Disciplinis Theologicis factorum specimina edidit. ~~Neque Oeconomi-~~  
~~am ruralem intactam reliquit.~~ Bis eum de rebus sacris concionantem au-  
divimus.

Quam studiorum viam et rationem cum vitae integritas ornaverit, non du-  
bitavimus, huic Juveni, *Candidatis Theologiae* die *14 Aprilis* anni *1832*  
adscripto, eoque ipso, secundum Regium Decretum diei 12 Junii *1800*cccxxii, in  
Ecclesiasticum Ordinem recepto, hoc operae rite praestitae testimonium exhi-  
bere, Deum precantes, ut omnia ipsi ex votis et meritis succedant, in uberri-  
mum Ecclesiae Christianae emolumentum.

Scriptum in Academia Lugduno-Batava,

die *10 Junii 1832*.

*W. A. Van Henicq.*

*Fac. h. l. Dec.*

*J. Haan*

*N. Kist*